Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



eos nisi corrigas non amas. cur tu correctionem ad tui salutē fugis. cur emendationē spernis. cur vitia sequeris. Non audis prophetam clamantē. qui diligit iniq̄tatem odit animā suam. Nō audis ipsum protestantē q̄ longe est a peccatoribus salus. Nō audis deū verum ⁊ inflexibilem iudicem profitentem. q̄ iniquos odio hꝫ Nō audis eundē ad correctōez equo aīo ferendam exhortantem. ⁊ q̄ꝫ dulciter pat̄no affectu dicentē. Quos amo corrigo ⁊ castigo. gaudet quippe deus si correctos viderit: quos emendat. Letat̄ cuꝫ ⁊ iustos mutatos inspexerit quos flagellat. vehementiꝰ exultat. terrores ⁊ minas. ⁊ vbera in peccatores ꝓficere ad prauos corrigēdos. q̄ꝫ ad reos puniendos exoptet. Igitur si quos amat corrigit ⁊ castigat. si nō vult disciplinā a filijs negligi. īmo omnē filium quem recipit flagellat. ⁊ si omnem filium ad h̄ flagellat. vt corrigat. ad h̄ corrigit vt pater. hoc est vt deo dignū exhibeat. timeat quē nō flagellat. vt filiꝰ esse non possit. timeat quē corrigere nō vult deꝰ in hoc seculo. ne cuꝫ supplicio destinet post seculum. Timeat q̄ adhuc in seculo gaudet ⁊ letat̄. ne in eternū cōtristet̄ ⁊ ploret. Timeat q̄ cum iustis in hoc seculo nō dolet. ne cum pctōribus in supplicio ꝑhenni iaceat. Sed si pctōres inquis delictorum suoꝝ verbera in hoc seculo patiunt̄. cur ⁊ sancti viri pariter ⁊ eque cū peccatoribus affligunt̄. nisi q̄ ad emendationem peccatoribꝰ correctiones. iustis ad ꝓbationem iusticie proficiunt. vt enim his remedijs peccatores corriguntur a malis ita iusti his augent̄ ī bonis. Illos enim emendat deus. vt corrigat. hos ꝟo probat vt augeat. illos a culpa reuocat. hos sanctiores sibi reseruat. Illic peccata corrigunt̄. hic merita virtutꝫ augent̄. Hic ergo recordatio penitens. hic pure mentis leticia gaudens. Ille indulgentiam diuinam exoptat. hic premia premissa iā cogitat. Ille pium iudicē veniam postulat. hic iustum remuneratorē expectat. ille sollicitus vt possit impetrare quod postulat hic securus. q̄ potest quod meret̄ accipere. nam peccatores salutis emendatione deus corrigit ne inueniat malicia crescente quod iudicet. odit enim supplicium. q̄ ante prestitit ne condēnet. Siue ergo ab homine siue a deo peccatores castigētur patienter castigatōes ferant. neq̄ꝫ de ipsa correctione augmentent̄ contra gratiam nec de gratia cōtra correctionem. q̄ ⁊ peccatis iusta pena debet̄ ⁊ ad ipsaꝫ pertinet iusta correctio. que medicīalis adhibetur etiam si salus egrotantis incerta. vt si is q̄ corripitur ad predestinatoꝝ numerū pertinet. sit ei correctio salubre medicamentum. si autem non pertinet. sit ei correctio penale tormentū.

Textꝰ q̄dragesimusprimꝰ Augustinus

Et hoc quod dixi de oculo nō figendo etiam in ceteris inueniendis. prohibendis. indicandis. cōuincendis. iudicandisq̄ꝫ peccatis. diligēter ⁊ fideliter obseruentur cum dilectione hominum ⁊ odio vitioꝝ.

Cōmentū q̄dragesimūprimū Ambrosiꝰ

Quoniam nō solum defigens oculum abominabilis ē deo. sed etiaꝫ omniū peccatorum genera sua immēsa atq̄ꝫ purissima ⁊ simplicissima odit maiestas. ideo ea in corrigēdis emendandisq̄ꝫ alijs peccatis diligentia ⁊ sollicitudo seruanda iubetur. que in custodienda pudicitia ⁊ in obiurgandis castigandisq̄ꝫ impudicis fuit demandata. quā tñ tanto studio. idcirco iussit explicite intactaꝫ seruari. quoniam profecto neq̄ꝫ feminis. neq̄ꝫ deodicatis hoībus maius posset tribui ornamentū. Et hoc quorūcūq̄ꝫ corrigendoꝝ peccatoꝝ officium. diligenter inquit ⁊ fideliter obseruet̄ cū dilectiōe hominū ⁊ odio vitioꝝ. q̄m vt alibi ipse inq̄t Sic diligendi sunt hoīes. vt eoꝝ nō diligantur errores. Aliud est enim amare q̄d facti sunt. aliud odisse q̄d faciunt. Sed sunt nōnulli. qui aliorum redarguūt culpas nō taꝫ ex caritate. q̄ꝫ ex odij amaritudine. nō tā vt eos corrigi velit. q̄ꝫ vt odiū quod in corde seruant exercere possint. ⁊ hoc quod nō ē ꝟm deum. ⁊ magis ad vindictam pertinet q̄ꝫ ad disciplinam. Nempe nil magis probat spiritualem virum. sicut peccati alieni tractatō. sicut nihil ad experiendam medici prestantiā efficatiꝰ q̄ꝫ debita sanatio languoꝝ. Igitur quē-